



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Cybele. Agricultura, victoria populorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Unum exuta pedem, vinculis in veste recincta

Testatur mortura duos, & conscia suis

Sidera - - -

hoc est, uno affectu, nempe mortis formidine exutam, quæ Didonis figurâ repentinum summorum consilium significat.

C Y B E L E.
AGRICULTURA, VEL, VICTORIA POPULORUM.
CAP. XLVII.

Vide Plin. lib. 43. ibi. Terra. Cybeles simulacrum & eius interpretatio. Vide Pier. lib. 1. ibi. Super igne. Scitius.

CYbeles turritam coronam habentis simulacrum, tellurem indicat, & urbes quas illa sustinet domitas, vel victoriam de agricolis seditiosis partam, vel tellurem agricultura domandam, & eam quæ habitatur fertiliorem esse ea quæ minus incolitur. Ubi enim hominum frequentia, ibi artes & industria valent. Quod verò curru ejus Leones adjungere, ut in antiquis marmoribus nuntiatur, busq; videre licet, id significat nullam esse terram adeo sterilem & asperam, quæ labore & industria fertilitas reddi non possit, vel illam vim gignendi à Sole capere, cum Leo sit anima Phœbæ & natura. Hanc ipsi si non in curru, sed humi sedentem vel stantem cum circino pinxeris, Geometrix, si cum quadrato, Geographiæ, si cum ligone vel Taurum prope se habentem, Agriculturæ simulacrum habebis.

T R E S C H A R I T E S. CAP. XLVIII.

Hes. in Theogonia. Quid per simulacrum trii Charitum, ex Seneca, vel Aglaia. Dydain.

Tres Charites sorores fuisse traduntur. Pingebantur autem juvenes virgines, ridentes, manibus implexis, soluta ac perlucida veste: quarum natu maxima, Hesiado autore, Egle vocatur, media Euphrosyne, tertia Tholia. Quid autem hæc omnia significarent, pulere docet Seneca de beneficiis libr. primo in hunc modum: *Quare, inquit, tres Gratia, & quare sorores sunt, & quare manibus implexis, quare ridentes, quare juvenes, & quare virgines, soluta ac perlucida veste? Alii quidem videri volunt unam esse, quæ det beneficiū, alteram quæ accipiat, tertiam quæ reddat. Alii tria beneficiorum genera, promerentium, reddentium, simul & accipientium reddentiumq; Sed utrumlibet existis judica verū. Quid ista nos juvat scientia? Quid ille conferens manibus in se redeuntium chorus? Ob hoc, quia ordo beneficii per manum transeuntis, nihilominus ad dantem revertitur, & totius speciem perdit, si usquam interruptus est: pulcherrimus, si coheret, & vices servat. Idcirco dicitur, quia promerentium vultus hilaris sunt, quales solent esse qui dant, & qui accipiunt beneficia. Invenio, quia non debet beneficiorum memoria senescere. Virgines, quia incorrupta sunt, & sancta, & in quibus nihil esse alligati decet, nec astricti. Solutis itaq; tunicis utuntur, perlucida autem, quia beneficia conspici volunt. Hæc Seneca. Nos autem etiam illud minime silentio prætereundū censemus, quod una faciem avertere & occultare fingitur: ut indicet, eum qui minus dat, id clam facere debere, juxta Servatoris dictum: Cum facis elemosinam, noli tuba canere ante te. Et alio in loco: Ne sciat sinistra, quid faciat dextera. Altera Charis faciem apertam ostentat, quia ejus qui beneficiū accipit, est id ostentare & prædicare: tertia partem faciei ostendit, & partem occultat, significans beneficium contributionem eclandam esse, ostentandumq; ipsum beneficium.*



Milarem dantorem diligit Dominus.

De nob. 6.